1714
22 aou

Decretum
Feria quarta die 22 augusti 1714

Sacra congregatio Eminentissimorum et reuerendissimorum Dominorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in tota republica christiana generalium Inquisitorum habita in conventu Sanctæ Mariæ super Minervam auditis censuris plurium theologorum deputatorum ad examen infrascripti Libelli gallico idiomate nuper editi; ipsisque censuris Sanctissimo Domino nostro Clementi Papæ XI relatis unà cum eorumdem dnorum Cardinalium votis, de mandato Sanctitatis suæ, presenti decreto prohibet, et damnat libellum sub titulo, Mandement, et Instruction pastorale de Monseigneur l'Eveque de Metz pour la publication de la Constitution de N. S. P. le Pape du 8 septembre 1713; A Metz de l'imprimerie de Brice antoine Imprimeur du Roy et de Mondit seigneur, sous les arcades de la place d'armes au signe de la Croix 1714 — tamquam ut minimum, scandalosum, præsumptuosum, temerarium

Case
Wing
folio
ZZ
144
.A1
V.3
no.52
THE NEWBERRY LIBRARY

Sanctæ Sedi apostolicæ injuriosum, ac in Schisma, et errorem inducentem

Hunc itaque libellum sic prohibitum, et damnatum per idem Decretum, eadem Sacra congregatio, de mandato ut supra, vetat, ne quis cujuscumque sit Status, et conditionis, quocumque loco, idiomate et versione impressum, vel imprimendum, audeat ullo modo, et sub quocumque prætextu, iterum imprimere, vel imprimi facere, neque impressum apud se retinere et legere licite valeat, sed ipsum ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim, et cum effectu tradere et consignare teneatur; Sub poenis in indice Librorum prohibitorum contentis

Josephus Bartolus S. Romanæ et universitatis Inquisitionis Not

Loco ✝ Sigilli

Die 27 augusti 1714 Supradictum decretum affixum et publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis apostolorum, Palatii sancti officii, et in aliis locis solitis, et consuetis, urbis per me franciscum Perinum sanctissimæ inquisitionis Cursorem

Romæ Typis Reverendæ cameræ apostolicæ

M DCCXIV